

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Silentium. Emblema XI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

ch. Veram ac stabilem civium benevolentiam, optimam esse Principis custodiam: *εὐδὴν δὴν ἀλὴνδερὴν ἔχει βασιλεὺς εὐνοία φιλανθρωπία ἀνδρῶν ἀρχόντων.* Grassatores enim & latrones sese tuantur præcipitijs & rupibus, quantum possunt: Regi autē nihil fide & benevolentia suorum firmitus aut munitius esse unquam potest. Polcher locus apud Plin. Panegyrico, vbi confert securitatem sub Traiano cum Domitiani meticulofo, & impoteati imperio: Quanto (ait) nunc tutior, quanto securior eadem domus, postquam eius non crudelitate, sed amoris excubij, non solitudine & claustris, sed civium celebritate defenditur? Et quid ergo? discimus experimento, fidelissimam esse custodiam principis, ipsius in-

nocentiam. Hæc atq; inaccessa, hoc impugnabile munimentū munimento non egerit. Frustrā se tetrore succinxerit, qui sepeus charitate non fuerit: armis enim arma iffricantur. Hæc Plinius grauitimè, ve fere omnia. Meminerā alioqui ex Volcacio Gallicano in Audio Caslio, bonos principes illefos: contra iure occisos tyranos ferre omnes, tradit Ælian. var. hist. Occurrebat illud principis cordati ex Plutarcho, regum Apophthegmatis: deuictis Græcis, cum quidam ipsi consulere, ve præsidij vires contineret: *Malim*, inquit, *dix benignus, quàm breui tempore dominus appellari*, id est, *μᾶλλον πολὺν χρόνον ἰδίαν χρῆσις, ἢ δεσπότης ὀλίγος καλεῖσθαι.* Sed hæc plusquam facis.

Silentium.

EMBLEM A XI.



**C**VM tacet, haud quicquam differt sapientibus amens: *Silentium est index linguarq; voxq; sua.*

E Ergo

Ergo premat labias, digitoq; silentia signet,  
Et sese Pharium vertat in Harpocratem.

## COMMENTARI II.

**L** SEDEAT grauis vir, habitu Philosophico indutus, inter muros suos magistros libros, qui indice digito silentium signando, labia comprimat, non ad nares porrigat, vt in hac figura apparet.

**II.**  
Lingua  
vjs.

Lingua  
animi in  
dex.

**BOLVM** carnis intra fauces claudimus spongiosum, flexibile, saluæ & spuri receptaculum, qui aeris reciproci allisu, vallo dentium, & camera oris, ac fornice illo concauo obseptus, vocem stringit in articulos & format verba, vnde plectri nomē, & linguæ, à lingendo inditum, quia lingit, lambit, forbet, & in fractione naturæ molam adiuuat, attenuando cibo & deglutendo. Exigua portio & frustillum corporis, sed cuius functio sanè multiplex & varia. Quicquid concipit animus aut effingit, hoc interprete manifestat & eloquitur: si rabies ibi occulta, aut spuma bilis circum præcordia bulliens, hoc præcone detegitur, & cum asperitate quadam verborum emicat: si vrentis lasciuia suscitentur illic carbonēs, & flagrare incipiant, per os egeruntur sermonis indicio, qui refertur amatoria leuitate, mollis, effeminatus libidinem spirans. Quem chartæ pictæ oblectant & vesficolorēs, alueus, fritillus, testera, lacta, palæstra, chorea, venatio, aucupium, lustrum, popina, culina, & talium aliquid, in ore habet frequēt, & testimonio linguæ prodit morsum animi. Cui deuotio & pietas cordi, producit in colloquium diuina tantum, & quæ cælum aut sublimia sapiunt, non ludicra, non scurrilia, aut vanitate aliqua commixta. Distingui hominem à cæteris animantibus ratione & oratione nouimus: in ea velut in modulo species imprimuntur rerum, per hanc se diffundunt & communicant: illa matrix est impregnata & grauida conceptis formis, hæc velut obstetrix, quæ parturientis succurrit, & scærum liberat. Suffocatur in vtero rationis partus, nisi aperiat claustra, & educat aut soluat oratio. Si vitium in prole aut defectus, talis editur atq; deformis scilicet & monstrosus; imputa enim cogitatio & flagitiosa plerumque in vocem erumpit similem. In caueris terræ bituminatis aut nigros collecta

aqua, non alio sapore per siphunculos aut tubos salit: nec cor malum, nisi mala & inquinata fordibus eructat. Si vappa in cado vinatio aut corruptus liquor, per epistomium certè generosus, & qui Falerni aut Chij virtutem referat, elici nunquam poterit: qui sentina scater sedisimorum affectum, qui aspides nutrit & bufones in pectore, quomodo virtutum rosas aut lilia per orificium cordis progerminat, vel apiculas pariat, aut bombyces: Vix continget. Quemadmodum lepra tactus contagium spirat, & halitu inficit, ita voluntas praua, aut affectus per aculeum linguæ: scorpionis ictus non sic noxius aut viperæ: venenum est quidem sub labijs, sed per canalem gutturis ex radice vitæ, vbi primùm emergit. Index igitur mentis lingua, quæ si fræno regitur, sanam demonstrat, egrâ, si effrenis & volubilis. Inuadere alios mordicus rabido cani similem, quæ tãdem nota est pacati animi? Dissidiorum semina & causas belli spargere, fuliginem candori nominis oblineere, & inducere nubeculam lucenti famæ, effutire in vulgus quæ secreto commissa, superaddere auctarium crescenti mendacio, dissimulare veritatem & fucare, comminisci, fingere, dilatare quæ nusquam & nunquam, vouere diris, excretionibus ferire, allattare cæli ter sanctum illud & adorandum Numen, perurij assuescere, contestari falsa, detestari contraria, non cloacam Auerni spirat talis mens, & Acherontes puteos, & manifestat se indice lingua? quæ mordet, pugnât, murmurat, gannit, ululat, grunnit, stridet, strepit, sibilat, tonat, fulminat, tollit, deiecit, colligit, dissipat, vulnerat, sanat, quãdo libet, aut quoties interior vis, aut motus dicitur. Miraculi loco est, qui parcus in his, nec dictamen audit, aut vim sequitur, cohibito hoc naturæ plectro, & victo ad imperium reginæ Prudentiæ, cuius iussu se moueat aut coerceat. Lubricitate seducimur interdum & agili flexu membri huius, elabitur enim vt anguilla solet aut mæxenula, capta etiam & compressa, è medijs digitis, & nocet priusquam anima luertat ratio: iaculum ante volat celeritate,

nec

nec impetus eius nisi ex vulnere iam facto cognoscitur: intercipi nequit dum in cursu est, & ab actu mentis iam excussa: Ostragem spiculi, quam improuisa es atque Euris citatior? Consultum sit vel hoc Emblemate, stipare arctius & munire vallo, quod natura ipsa circumdedit pronida periculi: quid illo firmius arcendo hosti aut frangendo, si allidit ad hunc murum osseum & retunditur? Præiuit sapiens olim Harpocrates: imitemur, compescamus labia, & opponamus digitum nec reducamus nisi ad laudes Creatores & proximi commoda. Nam silentium autoritatis tantum & ornamenti obtinet, vt homini etiã imperito & indocto prudentiã opinionem conciliet, si garrulitatis vitium nouerit cõprimere. Id expressit hic Alciatus in τῆ παλασδῆ, 1. Anthologiz Græcorum Epi grammatum:

πᾶς τις ἀπάδευτος φρονιμῶτατος ἐστὶ σιωπῶν,  
 Τὸν λόγον ἰγκρύψαν ὡς πάθος αἰχμητάτου.

Dū tacet indoctus, poterit cordatus haberi:  
 Is morbos animi namque tacendo regit.  
 Sic vertit Sanctius:

Cū tacet indoctus, poterit consultus haberi:  
 Si celes verbum turpe velus vitium.  
 Exat & alterum eiusdem Palladæ:

Ἡ μολυβῆ παίδευσις ἐν ἀνθρώποισι, σιωπῆ.  
 Μάρτυρα Πυθῆ γοῶν τὸν σοφὸν αὐτὸν ἔργα.

O's λαλῆν εἰδὼς ἐπίτρος ἰδίδασχε σιωπῆν.  
 φάρμακον ἡσυχίης ἰγκρατὶς ὑπάρμενος.

Quod Thomas Morus sic vertit:  
 Rebus in humanis magna est doctrina tacere.

Testis erit sapiens hic mihi Pythagoras.  
 Nepe loqui doctus reliquos docet ille tacere,  
 Magnum hoc ad requiem pharmanon inueniens.

Hoc etiam confirmant Hebræorum prouerbia: Stultus, inquit Salomon si tacuerit, sapiens reputabitur; & si compresserit labia sua, intelligens. Sed de silentio mox latius.

CVM tacet, &c.] Nullum videtur inter sapientem doctumve, & insipientem vel in doctum discretum, si vterq; tacuerit.

A mens] āves, qui mente est minuta, vel qui à mente descendit. Varro. Hic pro stul

to, vel qui non male Abderologus dici potest, id est, stulta loquens, quiq; nihil nisi nugas nugasq; meras effusiat. Vide pro verb. Abderotica mens, & Cœl. Rhodig. lib. 30. c. 4.

Stultitia est index etc.] Stultitiæ argumentum manifestissimum est lingua effusata; interpret est enim mentis & consilij. Seneca ad Serenum, cap. 11. Vt quisq; contemptissimus, & vt maximè ludibrio est, ita solutissimæ linguæ est. Nam vt corpore tenues, veste se dilatant: sic qui ingenij aut sapientiæ inopes, diffundunt se in verbis. Lipsius in notis ad Politic. Quid visurus sim, nescio; sed verbosus valde, & vna sapientes. nondum ego vidi.

Ergo premas] Tacendi attem modum que teneat. Apparet ad id Iuuenalis Satyr. 10. alluisse:

--- digito compesc labellum.

Labias] Plutarchus 8. Symposiaco, Labra vna problem. 6. Labra, quod ijs cibus capiat, appellacionem sortita esse vult. λαμβάνειν τὴν βόρην. Sed id fortè nihil ad rem, vt pluribus disputare. an labia, vel labias sit legendum, neque enim me mouet Gellius & Apuleius, qui labias vsurpant in voce feminina. Gellius quidem lib. 10. Noctium, c. 4. bis vsurpauit labias in feminino. Et Macrobius, 2. Saturn. c. 2. citat quosdam versiculos, in quibus est. Cucurrit ad labias mihi. Sanè Apuleius lib. 2. De asino aureo: Ecce, inquit, natus integer, incolumis oculi, saluæ aures, illibate labia, mentum solidum. Idem lib. 3. dixit, Labias pendulas. Lib. 10. Contorta in modum linguæ extrema labia grandissimum calicem vno haustu perhauit: hic enim labia extrema, est sextus casus. Eodem: Labias modicas ambrosio rore purpurantes suauari. Plautus in Stichis:

Age sibi cenam, quando bibisti, refer ad labias tibi as.

At quid opus pluribus? Certè labias, & labia citra differentiam veteres dicebant: quanquam Donatus ad Eunuchum distinxerit, non aptè profecto, vt labra, superiora; labia, inferiora sint; & vitorum labra, mulierum labia, & labias asinorum: quod an verum vnquam fuerit, cæteris relinquo diuinandum.

Digitoq; silentia signet.] Alludit ad illud Ouid. ex Metam. 11.

Quiq; premit vocē, digitoq; silentia suadet.

E 2 Mar.

Labra vna de dictis.

Labia & Labias.

Amens.

Amens.

III.

Amens.

Martianus Capella lib. 1. Verum quidam redimitus puer ad os compresso digito salutari, silentium componebat. Et Apuleius lib. 1. De asin. aur. At ille digitum à pollice proximum ori suo admoens, & in stuporem attonitus: Tace, tace, inquit, &c. Respexit autem ad id, quod de simulachro Serapidis auctores referunt, cui præpositus erat silentij Deus Harpocrates, digito labia comprimens, aut Angerona ore tera obsignato. D. August. De ciuit. 18. cap. 5. Plin. lib. 3. c. 5. Macrob. 1. Sat. cap. 10. Gyzald. Syntagm. 1. Huc quoq; spectat illud Græcum Epigramma in Antholog, quod monet indecentium verborum lingue sigillum esse imponendum: meliorem namq; esse verborum, quàm possessionum custodiam. Id autem est huiusmodi:

Serapidis  
præpositus  
Harpocra  
tes.

Ἀρρητῶν ἔπῳν γλώσσῃ σφονγῆς ἵπικεῖσθαι.

Κρείσσων γὰρ μῦθων ἢ κτείων φυλάκη. id est:

In verbis lingua imponantur claustra tacentis:

Præstat enim linguam, quæ modereris operum.

Pharium id est, Ægyptium: sumpta denominatione ab insula Ægypti Pharo, prope Alexandriam; in qua ille natus creditur. Plin. lib. 5. & 13. cap. 11. Homer. 4. Odyss. In ea turris est ingen, in cuius summitate ignis fieri solebat, qui nauigantibus de nocte præluceret: ab huius similitudine cætera quoque specula in similem usum constructæ, Phari appellatae sunt.

Pharos.

Phari.  
quid.

Reddere,  
or facere  
Harpocra  
tes, quid.

Harpocra  
tes.

Verba in Harpocratem. J. Apud Catullum reperitur formula hæc loquendi proverbialis: Patrum reddidit Harpocratem: pro eo, quod est, imponere silentium. Idemque dixit: Et factum me esse pueri Harpocratem id est, omnino taciturni & silentis. Harpocrates Deus Ægyptiorum, silentij præses, cuius simulacrum in sacris Isis & Osiridis, vel Serapidis fuit positum, digito ori admoto comprimens labia, ut silentij omnes admoneret. Verba Plutarchi sunt ex disputatione de Iside & Osiride: τὸν ἀρροκράτην ἕτε θεῶν ἀθελῆ κὲ νῦσσιον, ἕτε χειροτῶν ἵνα νομισίον, ἀλλὰ τῷ φεῖ θεῶν ἐν ἀνθρώποις λῦγα νεαρῶ κὲ ἀτελῆς κὲ ἀδιαρρότε προσάτην κὲ σφονγισην, διὸ τῷ σῶματι τὴν δάκτυλον ἔχει προσκέμενον, ἐχει μῦθας κὲ σιωπῆς σημβολον. ἐν τῷ μετορῇ μηνί τῶν χειροτῶν ἐπιφύροντες λῦγισιν γλώσσα τυχη γλώσσῃ.

σα δαίμων. i. Harpocrates non est habendus Deus imperfectus, aut etiam insans, vel certe qui leguminibus præficiatur, sed præses atq; censor aliquis nouæ, imperfectæ et incompositæ hominum de Dijs sententiæ. Itaq; et digitum ori admotum habet, quod signum præ se fert. taciturnitatis et silentij: proinde qui mense Mæseræ offerunt ei legumina, dicere solent: Lingua fortuna, lingua genius. Idem dictus est & Sigalion, à verbo σιγᾶς, quod significat tacere. Vnde Aulonius ad Paulinum:

Tu velut Oebalijs habites taciturnus Amyclis.

Aut tua Sigalion Ægyptius oscula signet. Vide adagium, Reddidit Harpocratem. Politian. in Misc. c. 83. & alios. Hæc hactenus, sed nondum satis, si studiosorum desiderio volumus obsecundare. Addamus itaq; nonnulla licet Harpocratis sigillum in annulis solè tum gestari à quibusdam ex veteribus, testes sunt longè multi, summoque auctorem laudant Plinium: in causa autem fuisse putant, uti silentij fides iudicaretur.

Qua ratione Alexandrum Magnum existimo cum epistolam quãdam matris Olympiadis, conuictijs plenam aduersus Antipatrum nomen, unâ eum Hephæstione legeret, tractum è digito anulum, ori illius appressit, tacite quidem & amice, sed teipsum tamen silentium inperans. Quod mihi vultro reuocat in memoriam Titi Liuij imaginem à Parauinis supra Prætorij fores positam: habet enim ori appressum digitum, cuius gestus causas multas afferunt, sed qui ex alijs doctiores videri possunt, conuincunt id eam cõsuetum ratione, quod his scribendo aded multa sit cõplexus, ut scriptoribus alijs silentium videatur indixisse. Sed id ego quidem malim ad singularum hominum tum sapientiam, tum modestiam conuertere, ut qui multa scribendo, longè plura in hominum animos cogitanda insuderit, deque Romana origine ea non minus prudenter, quàm scite & verecunde tradidit, quæ sine fabularum permissione dici nequaquam poterant: vel quæ si litterarum monumentis credita extitissent, non parum de dignitate & admiratione huius imperij, deque nomine populorum domini detraxissent. Attigimus nonnulla de Angerona, cuius effigies ore fuit obsignato apud Romanos, ut silendum innucret, in cuius tutela vrbs esset, quodque illi

Sigalion,

Harpocra  
tes sigi  
lum in  
annulis

Angerona.

illi proprium nomen : ea nimirum super-  
 stitione capti, ne Dij tutelares sacris qui-  
 busdam auocarentur . Et ea certe causa  
 necatum Valerium Soranū legimus, quod  
 arcanum istud fuisset propalare ausus :  
 Nullus enim est in litteris adeo mediocri-  
 ter versatus, quin sciat ex veterum scriptis,  
 Romanæ urbis duo fuisse nomina, vnum  
 apertum & vulgare Roma, à *ῥώμη*, puella  
 Troiana; vel à fortitudine; aut etiam à Ro-  
 mo, quem Romulum postea dixerunt: Al-  
 terum verò ignotum, sacris abditum, vel  
 paucissimis cognitum, id nomen fuisse An-  
 thusam didici. Plinius sic libro 3. capite 5.  
 Cuius nomen alterum dicere arcanis cæte  
 moniarum nefas habebatur. Iam verò  
 quia Romani essent silentij tenacissimi,  
 vtebantur prima huius verbi littera S, qua  
 tricliniorum foribus superponi erat solita,  
 nimirum vt conuiuii silentium indice-  
 retur, & ne fidos inter amicos esset, qui dis-  
 cta foras eliminaret, vt Flaccus ad Tor-  
 quatum cauet. Et hodie quoq; mos obti-  
 nuit, vt indice labijs opposito literam S,  
 pronunciando, seu potius sibilando, silen-  
 tium indicamus.

dentem breuiloquentiam : *παῦρα μὲν,  
 ἀλλὰ μάλ᾽ ἀλύτως, ἐπεὶ ἔ πολυμυθίας.*  
 Vlyssi grandem & vehementem, sed diu  
 tamen cogitandum facit, antequàm lo-  
 qui incipiat. Rectissime dictum est à quo-  
 dam ex veteribus, loquendi magistros nos  
 habere homines, tacendi verò Deos. Pro-  
 inde laudatur *Ἰγυμυθία* Pythagorica,  
 & Spartanus ille Lycurgus, qui suos à  
 pueris silentio initiari voluit. Notum est  
 adagium Græcorum. *Tutum silentij præ-  
 mium*: & illud Simonidis, Locutum fuisse  
 se penituit, tacuisse verò nunquam: quod  
 alij Xenocrati tribuunt. Nec enim omnes  
 ea præditi sunt virtute, qua Cato, quem  
 Cicero dicit, nullum vnquam emisisse ver-  
 bum, quod emisum doleret. Succurrit  
 Zeuxidis pictoris ad Principem Megabizū  
 sermo. Is enim Princeps cum, animi cau-  
 sa, in pictoris officinam descendisset, & vnā  
 cum suis de arte pingendi disputare ad o-  
 silentationem auderet: Cū primū huc  
 venisset (inquit Zeuxis) & linguam conti-  
 nuisti, pueri mei nescio quid de te magni  
 sibi pollicebantur, quippè qui tuum cul-  
 tum, tuamq; purpuram obseruarent: sed  
 vbi de arte, quam non tenes, loqui cœpisti,  
 te continuò vt ridiculū hominem esse pu-  
 tarunt. Quidam captiuus cū duceretur  
 ad Antiochum regem, qui hominem comi-  
 tabantur, iubebant esse præsentis animo, ex-  
 perturum fortasse regis clementiam, vbi  
 ad eius oculos peruenerat: Nulla ergo  
 mihi spes, inquit illudens ad Iuseum regē,  
 qui iocus intempestiue iactus homini fuit  
 exitiosus. Meritò apud Pindarum cele-  
 bratur Thebanus Epaminōdas, qui quam  
 quam multa sciret, pauca tamen loque-  
 batur. Et certe frequenter vsu venit, vt  
 qui plus habeant pectoris, vt ita dicam, id  
 est, in quibus & eruditio & prudentia ma-  
 ior, ij minus habeant lingue. Demaratus  
 cū in confessa quodam sileret, rogatus  
 an id faceret stultitia, an sermonis inopia?  
 Atqui, inquit, stultus nunquam tacere po-  
 test. Non possum transire absque piaculo  
 auream Zenonis vocem, qui Athenis  
 exceptus à quodam Principe, vnā cum  
 regijs oratoribus (quod ille sciret eos eru-  
 ditis sermonibus oblectari, curauit & quod-  
 dam Philosophos arcessere) solus nihil di-  
 cebat. Itaq; comiter à legatis appellatus:  
 De te verò, Zeno (inquunt illi) quidnam  
 sumus nostro Principi renunciaturi? Ni-

*vlyssi o-  
vatio ve-  
hementē*

*Megabi-  
zus repre-  
hensus à  
Zeuxido.*

*Iocus intē  
pestuosus.*

*Laus Epa-  
minōda.*

*Demara-  
tus.*

*Zeno se-  
nor inter  
potētia ta-  
cētissus.*

*Roma vr-  
bis nomi-  
na duo,  
immò ve-  
rò tria. Po-  
litian. x.  
Epist. 2.  
de origine  
civit. Flo-  
rentina.*

IV.

DOCEMYR, quanta lingue adhi-  
 benda sit custodia, siquidem ferè nihil dis-  
 tinguaetur imperitus à docto, à circum-  
 specto prudentique homine imprudens, si  
 linguam cohibuerit. Diuinus ille Plato in-  
 terrogatus, per quid cognoscerentur ho-  
 mines? respondit, homines & vasa figu-  
 lina simili modo probati, hæc quidem ex  
 sono, illos verò ex sermone facile cogno-  
 sci. Eam ob rem facile est conijcere, cur  
 quos Homerus, ingeniorum vertex, sapien-  
 tissimos effinxerit, eosdem & silentes ferè,  
 aut certe pauciloquos esse voluerit. No-  
 uerat enim silentium, & parcum sobriam-  
 que orationis vsum, specimen habere gra-  
 uitatis: contraq; apud sapientes maximè,  
 loquacitatem indicem esse stultitiæ. Neq;  
 enim alio nomine Therstem morionem  
 vtuperatione dignum arguit, quàm quod  
 loquax esset, quàm quod obstreperus, im-  
 portunè garrulus & seditiosus. Is enim  
 non propriè loquitur, non verba facit, vt  
 alij, sed tamultratur: *ἄερτινὸς μὲν οὖν  
 ἀμετρώπῃς ἰερολόα.* Nestori consulti-  
 mo seni tribuit orationem melle dulcius  
 ab ore fluentem: *τὴ καὶ ἀπο γλώσσης μέ-  
 λιτος γλυκίων ῥέον αἰδῆ.* Menelao argu-  
 tam illam quidem, & nunquam à te dice-

*Prudēs  
paucilo-  
qui.*

*Therstes  
Homeri-  
cus.*

*Nestor elo-  
quens.*

*Menelai  
oratio cor-  
dosa.*



hil, inquit, aliud, quàm Athenis esse senē, qui tacere sciat inter pocula. Quod non simpliciter dignum laude habitū est: magnum enim est senem taciturnum esse, cum ea ætas sit admodum garrula: fortasse maius, quod inter pocula, ubi non vno nomine ad loquendum homines prouocatur: denique quod Athenis, vrbe omnium loquacissima. Itaque olim dictum est in nescio quem, qui quamdiu siluit, tamdiu magnus & grauis habitus est: Philosophus hic videri poterat, si tacuisset. Pindarus Isthmiorū 1. in Herodoti Thebani encomio, dicit: ἢ μαν ποικίλη τὸ σιωπᾶ μίον, ἰθυμίας μείζω φησι. *Aique saepenumero tacuisse non parum gratia attulit.* Idem in Nem. Od. 5. τὸ σιγᾶν πολλὰ κίς ἐν σοφῶτατον ἀνδρῶπων νοῖσαι. *Sapenumero silere nouisse homini sapientissimum est.* Ad eundem omnino sensum occurrit ex Plutarcho id, in quo gloriatur vel in primis Ino Euripidea, nimirum se scire σιγᾶν τοῦ θεοῦ καὶ λίγην ἐν ἀσφαλίς. Vnde Ecclesiastes 3. *Tempus, inquit, est tacendi, tempus item loquendi: Prius dixit, tacendi; quia veritas prius tacendo discitur, & postea loquendo predicatur. Plus enim quam ridiculum est, id docere velle, quod nondum didiceris. A quo vitio diligenter dehortans Salomō: Si est tibi intellectus, inquit, responde proximo: sin minus autē, sit manus super os tuū, ne capiaris in verbo indisciplinato, et confundaris.* Eccles. 5. Igitur *Sic linguam frana velēa rationis habena, Me re confundat si verba super sua fundat.* Digna profectō sunt, vt animis nostris perpetuō inscribantur illa Philosophorum præcepta, quibus monemur, vt veloces quidem ad audiendum simus & accurati, sic ad videndum quoq; ad credendum verō tardi, ad iudicandum tardiores etiam, ad loquendum verō tardissimi. Quia enim, vt Poeta nobilis dicebat, verba alata sunt & volantia, nulla vtique arte reuocari ea poterunt. Non desinam prius, quàm huc retulero pulcrum certē Pythagoræ Samij elogium, quod scriptum reliquit Apuleius 2. Floridorum, quande quidem de silentij laude mihi verba facietū occurrat, quod aliquis ex veteribus longē ante dixerat, nullos certē fore sapientiæ fructus, nisi qui à radicibus silentij proficiantur. Sic igitur hic noster Apul. Tot ille doctoribus

Verba  
alata.

cruditus (Pythagoram intellige ab Ægyptij, Chaldaeis, Pherecide Syro, Anaximandro Milefio Epimenide Cretensi, alijsque multis edoctum) tot tamque multijugis comitibus disciplinarum toto orbe haustus, vir præsertim ingenio ingenti, ac profecto supra caput hominis animi augustior, primus philosophiæ nuncupator & creditor, nihil prius discipulos suos docuit quàm tacere: primaq; apud eum meditatio sapienti futuro linguam omnem coecere: verbaque, quæ volantia poetæ appellat, ea verba det tactis pinnis, intra murū candentium dentium premere. Profusus, inquam, hoc erat primum sapientiæ rudimentum, meditati condiscere: loquitari de discere; &c. Idem fuit Iamblici Pythagorei præceptum, γλώσσης πρὸ τῶν ἄλλων κρατεῖ, θεοῖς ἰπέμενος: *linguam cohibe præ alijs omnibus, ad Deorum exemplum.* Idem sentit Hesiodus lib. 2. ἔργ.

Γλώσσης τοῖς θεοῖς ἀνδρῶσι τῶν ἀρίστον

θειδωλῆς, πλείων δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἴσσης.

εἰ δὲ κακὸν εἶποις, τὰ χαρὰ αὐτὸς μὲν ζῶν ἀλάσσης.

*Lingua bonum eximium est homini, si pauca loquatur,*

*Siquè modum conseruet, inest tunc magna venustas.*

*Si probris laceres, lacreraberis illico peius.*

*Idem: Parca lingua maximus thesaurus.*

*Cuius sententiam eleganter quidam expressit:*

*Optimus est hominum lingua thesaurus, et ingens*

*Gratia, qua parca mensurat singula verbis.*

Zeno Citticus cum vidisset adolescentem multa garrulentem: Aures, inquit tuæ in linguam defluxere: submones adolescentis esse multa audire, loqui pauca. Idem dicebat ob id binas habemus aures, os vnicum, vt plura audiamus, loquamur paucissima. Id quod Muretus sic reddidit: *Vt nos pauca loqui, plura autem audire moneat.*

*Linguam tuam, natura duas dedit omnibus aures,*

*Sed ad id argumentum copiosè locupletandum, consulto repete quæ habet doctissimè congesta Plutarch. commentario De garrulitate, & tractatu de Iulio & Ostracide: quo loco docet, quid olim Harpocra-*

Pythagoricum silentium.

ἔπειτα πῶς ῥέντα, ἔρκος ἰδύτων.

tes apud Ege  
De discipulis  
lib. 1. 1. 1. 1.  
Pindarus  
in de Isthmiorū  
iam dicit, vbi

